

EXPO. AVG IN EVANG. IOAN. TRAC. I DE CAP. I. 2

PREFATIO

A Ex Bibliotheca Pauli  
in laudem Euangelij secundum Ioannem.



Mnibus diuinis scripturæ paginis Euangelium excellit, quia quod lex & Prophetæ futurum prædixerunt, hoc completum dicit Euangelium. Inter ipsos autem Euangeliorum scriptores, Ioannes eminet in diuinorū mysteriorū profunditate, qui à tempore dominicæ acessionis per annos sexaginta quinq[ue] verbū dei absq[ue] administricio scribendi, vsq[ue] ad ultima Domitioni predicti tēpora. Sed occiso Domitionio, cum permittente Neria, de exilio rediisset Ephesum, cōpulsus ab Episcopis, a fia, & coetera patri diuinitate Christi scripti aduersus hereticos, qui eo absente irruperat in eis Ecclesias, qui Christi ante Mariam fuisse negabant. Vnde merito in figura quatuor animalium, aquila volati coparatur, quæ volat alius cæteris avibus, & solis radios irreuerberatis aspicit lumen nibus. Ceteri quippe euāgelistæ, qui tēporalē Christi nativitatē, & tēporalia eius facta, quæ gestis in homine, sufficiēter exponit, & de diuinitate pauca dixerunt, quasi animalia gressibilia cū domino ambulat in terra: hic autē pauca de tēporalibus ei⁹ gestis edisserēs, sed diuinitatis potentia sublimius contéplans, cū domino ad celū volat. Qui enim supra pectus domini in cœna recubuit, coelestis haustum sapientiæ ceteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat siquidē Euāgelist⁹ triū Euāgelistarū, & approbauerat fidem eorū & veritatem, in quibus deesse vident aliquæ gestarū rerū historiæ, & ea maxime quæ dominus gesit primo prædicatione sua tēpore, scilicet anteq[ue] Ioannes Baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo quasi dimisla ab illis sribit Ioannes quæ fecit Iesus anteq[ue] Ioannes clauderet, sed maxime diuinitatē Christi & trinitatis mysteriū cōmēdare curauit. Tres siquidē alii Euāgelistæ dicta & facta dñi tēporalia, quæ ad informados mores vite prælentis maxime valēt, copiosi⁹ prosecuti, circa actiua vita sunt versatiū, qua laborat, vt cor mundetur ad videndum deū, Ioannes vero pauca domini facta dicit: verba vero dñi quæ trinitatis vinitate, & vite æternæ felicitatē insinuat, diligēti⁹ cōsribit, & sic in cōtēplatiua vita, virtute cōmēdā, intētione suā & prædicatione tenuit:

C in qua cōtēplatiua vacat, vt deus videatur. Iste siquidē est Ioannes quæ dñs de fluchiaga nuptiarū tēpesta te vocavit, & cui matrē virginē virgini cōmendauit.

## DIVI AVRE

LIII AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, in Euāgelium Ioannis Expōsito.

Ab eo quod scriptum est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: vsque ad id quod ait, Et tenebrae eam non comprehendenterunt:

Tractatus I. instanti NTVENTES quod modo audiūmus ex lectiōne Apostolica, quod animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, & cogitantes in hac ipso præfente turbā charitatis vestræ, necesse esse, vt multi sint animales, qui adhuc secūdūm carnem lapiant, nōdūmq[ue] possint ad

Tomus nonus.

spiritalem intellectum se erigere: has fito vehementer D quomodo vt dominus dederit, possim dicere, vel pro modulo meo explicare quod lectū est ex Euāgeliō,

In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbum. Hoc enim animalis homo non percipit. Quid ergo fratres, filebimus hinc quare ergo legitur si filebitur? Aut quare auditur, si nō exposuitur? Sed quid exponitur, si nō intelligitur? Itaq[ue] quoniam rufus esse nō dubito in numero vestro quodam, à quibus possit non solum expositū capi, sed & antequam exponatur intelligi, non fraudabo eos qui possunt capere: dī timeo superflius esse auribus eorum, qui non possunt capere. Postremo aderit mīle ricordia dei, fortasse vt omnibus satisfiat, & capiat quisq[ue] quod potest; quia & qui loquuntur, dicit quod potest: nam dicere vt est, quis potest? Audeo dicere fratres mei, forsitan nec ipse Ioannes dixit vt est, sed & ipse vt potuit, quia deo vt homo dixit: Et quidem inspiratus à deo, sed tamen homo: quia inspiratus, dixit aliquid: si non inspiratus esset, dixisset nihil. Quia vero homo inspiratus, non totum quod est dixit, sed quod potuit homo dixit. Erat enim iste Ioannes, fratres charissimi, de illis mórbis de quibus scriptū est, Sufciāt mōtes pacē populo tuo, & colles iustitiā. Psal. 71. Mōtes, excelsæ animæ sunt, & colles parvulæ animæ E sunt. Sed ideo mōtes excipiunt pacē, vt colles possint excipere iustitiā. Quæ est iustitia quā colles excipiunt? Fides, quia iustus ex fide viuit. Non autem acciperet Abacuc 2 minores animæ fidem, nisi maiores animæ quæ mōtes dīctæ sunt, ab ipsa sapientiā illustrantur, vt possint parvulæ trahi: et quod possent parvuli capere, & vivere ex fide colles, quia montes pacem suscipiunt. Ab ipsis montibus dictum est ecclesiæ: pax vobiscum. Et ipsi montes pacem annunciant ecclesiæ, non disserunt se aduersus eum à quo suscepérunt pacem, vt veraciter nō fieri nūciarent pacem. Sunt autem alii montes naufragii, quod quisque navim cum impulserit, soluitur. Facile est enim cū videtur terra à periclitantibus, quasi conari ad terram: sed aliquando videtur terra in monte, & laxa latent sub monte, & cum quicunque conatur ad montem, incidit in faxa, & ibi nō inuenit portum, sed planetū. Sic fuerunt quidā montes, & magni apparuerunt inter homines, & fecerunt heræles & schismata, & disserunt ecclasiā dei. Isti qui disserunt ecclasiā dei, non erant illi montes de quibus dictum est, Sufciāt montes pacem populo tuo. Quomodo enim pacem suscepérunt, qui vinitatē disserunt? Qui autem suscepérunt pacem nūciandam populo, contemplati sunt ipsam sapientiā, quantum humanis cordibus potuit cōtingi, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Si in cor hominis non ascēdit, quomodo ascēdit in cor Ioannis? An non erat homo Ioannes? An forte nec in cor Ioannis ascēdit, sed cor Ioannis in eam ascēdit? Quod enim ascēdit in cor hominis, de imo est ad hominem: quod autē ascēdit cor hominis, sum est ab homine. Etiam sic fratres dici potest, quia si ascēdit in cor Ioannis, si aliquo modo potest dici, instantum ascēdit in cor Ioannis, in quantum ipse Ioannes non erat homo: Quid est, non erat homo? In quantum cooperat efl angelus: quia omnes sancti angelii, quia annunciatores dei: ideo carnalibus & animalibus non valentibus percipere quæ sunt dei quid ait Apostolus? Cū enim dicitis, ego sum Pauli, ego 1. Cor. 3. Apollo, nōnne homines estis? Quid eos volebat facere, quibus exprobarat, quia homines erant? Vulnus nostræ quid eos facere volebat & audire in plāmis, Ego dixi dñi estis, & filii excelsi omnes. Ad hoc ergo Psal. 81. vocat nos deus, ne sumus homines. Sed tunc in me ilius non erimus homines, si prius nos homines esse agnoscamus, id est, vt ad illam celsitudinem ab humiliitate surgamus: ne cum putamus nos aliquid esse a ij cum nihil